Quelle: https://manuscripta.at/?ID=672
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



mecum in pace hui nunc domi
ti. Qd si ipsum voluit habere
in cena pia pater sui quoti
die morere in hac piam mita: sa
que hic recondit in manu pau
pis. Hic manere in presencia
Dominice maiestatis. Alius
ergo ut quisque minores sunt hic
eo offerat quam alius primo
tempore quo quisque semetipsum no
negligit post mortem no prime
vie. Unde dns fidelius prum
sit dispensatorius dicens. Eu
ge serve bone in modico fidelis:
intra in gaudium dni tui. an est
ignorare gla. p oia secla. s. amen.

Sed ut fiat sim Lucam.

Factum est autem dum
ire in hierusalem et ipse tran
sibat per medium samarie et galilee. et cum
ingrederetur quoddam castellum occurrerunt
ei decem viri leprosi qui steterunt
procul. et levaverunt vocem suam dicentes
iesu preceptor miserere nostri. Quos
ut vidit ait illis. Ite ostendite
vos sacerdotibus. Et factum est dum
irent mundati sunt. Unus autem
de illis cum se vidisset mundatum
regressus est cum magna voce glorifi
cans deum. Et cecidit in faciem ante
pedes eius gratias agens. Et hic erat
samaritanus. Respondens autem iesus
dixit. Nonne decem mundati sunt
Ubi sunt qui hic novem. Non
inventi sunt qui redirent et darent
gloriam deo nisi hic alienigena.
Et ait illi. Surge vade fides tua
te salvum fecit. Et cum interrogatus
esset a pharisaeis dicens. Quando
venit regnum dei. Respondit eis
et dixit. Non venit regnum dei
cum observatione. Neque dicent
ecce hic aut ecce illic. Ecce enim
regnum dei intra vos est. Et ait
ad discipulos. Venient dies quando
desiderabitis videre unum diem filii
hominis et non videbitis. Et dicent
vobis ecce hic aut ecce illic. Nolite
ire neque sectemini. Sicut enim
fulgur coruscans de sub celo in
quit fulgurat in sua parte
sub celo. ita erit filius hominis
in die sua. Primum autem
oportet eum multa pati et
reprobari a generatione hac.
Sicut autem factum est in
diebus noe. ita erit et in
diebus filii hominis. Comedebant
et bibebant. Uxorem ducebant
et dabant nubentes. Usque
in diem quem intravit noe in
arcam. et venit diluvium
et perdidit omnes. Similiter
sicut factum est in diebus
lot. Comedebant et bibebant
emebant et vendebant. Plantabant
et edificabant. Qua autem die
exivit lot a sodoma pluit ignem
et sulfur de celo et omnes
perdidit. Secundum hec erit
quod filius hominis revelabitur.
In illa hora qui fuerit
in tecto et vasa eius in domo
non descendat tollere illa.
Et qui in agro similiter non
redeat retrorsum. Memores
estote uxoris lot. Quicumque
quaerit animam suam salvam
facere perdet illam. Et qui
perdiderit illam vivificabit
eam. Dico vobis in illa nocte
erunt duo in lecto unum
assumetur et alter relinquetur.
duae molentes in unum
idem assumetur et altera
relinquetur. duo in agro
unum assumetur et alter
relinquetur. Respondentes
dicunt ei. Ubi domine.
Qui autem ait illis. Ubi
fuerit corpus illuc congregabuntur
aquilae.

Ad ambrosium.

Et ecce decem viri leprosi
qui fuerant
paulisper stantes et quaerentes
eum inferre
et ponere ante eum. Et in multitudine
eos qua parte illum inferrent
turba: ascendunt super tectum